



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Res.

Biogr.

903

8.4.

0





Bigr. 903.

# DE VITA

ET SCRIPTIS C.  
PLINII QVAEDAM, PRÆ-

FATI<sup>N</sup>ONIS LOCO RECITA-

ta à Paulo Ebero, auspicante ex-  
plicationem secundi li-  
bri Naturalis Hi-  
storiæ:

VI. Februarij.

Anno 1556.

ADDITAE SVNT DVAE

Epistolæ Plini<sup>j</sup> iunioris, de lucu-  
brationibus & morte Plini<sup>j</sup>  
Auunculi.

VVITEBERGÆ EXCVDEBANT  
HÆREDES GEORGII  
RHAVV, ANNO

M. D. LVI.





IE MONET GRÆ-  
CUS senarius : ἀρχὴ  
ἀπάντωμ ηγή τέλος  
ποία θεόρ. Sit actio-  
num principium &  
finis Deus,

Vt uidelicet & au-  
spicantes aliquid noui , auxilium Dei  
imploremus , & actiones nostras omnia  
nes dirigamus ad glorificationem Dei,  
& ad obedientiam, quam ipse requirit.

Cum igitur diu à Scholasticis ope-  
ris non sine dolore abfuerim , & nunc  
nonnihil à mandatis laboribus leuatus;  
libenter ad prælegendi munus redeam,  
æquissimum est, nos orare Deum, ut  
hoc institutum nostrum ipse fortunet,  
& adiuuet nos, ut hic docendi & discen-  
di labor sit fœlix & utilis nobis & Eccle-  
siæ, cui præcipue seruire studia nostra  
debent : Concedat etiam nobis trans-  
quillitatem, ut colere pia studia & ex-  
ercere cum fructu diu possimus. Vt  
enim apiculae euolare pastum & collig-

A ij gere

gere toris succum , ac inde dulcissimum  
mellis liquorem stipare nequeunt , quan-  
diu aēr uentorum procellis & imbris  
turbatur , sed in alveolis suis conclusæ  
mœstum ocium agunt ; Ita si tumultus  
& bella existant , studia dissentium im-  
pediri necesse est . Auditis autem quo-  
tidie pias commonefactiones Præces-  
ptorum , qui multo iam rerum usu edo-  
cti , longius prospiciunt , & ex multis  
coniecturis nō fallentibus ostendunt se  
metuere magnos in Germania motus ,  
quos ut auertat Deus , aut saltem in illis  
Ecclesiam & dissentium coetus tueatur ,  
assidue orabunt h̄j , quibus & sua & Ec-  
clesiae salus ac incolitas curæ est .

Hæc initio breuiter præfari uolui , ut  
nos omnes nostri officij commonefa-  
rem .

Iussus sum autem ex triginta sep-  
tem libris Plinij Secundum explicare ,  
quem , etsi sciunt Præceptores nostri  
eruditio commentario adeo illustratum  
esse , ut interpretis operam non requi-  
rat ,

rat, tamen quia uolunt & Pliniū libel-  
lum, & hunc ipsum commentarium in  
manib[us] dissentium uersari, censem  
eum subinde in Scholam reuocandum  
esse. Decet autem discipulos reueren-  
ter amplecti præceptorum iudicia, &  
statuere, graues illos sui consiliū causas  
habere, quare quidq[ue] iuuentuti publis  
ēē propōnāt, etiam si eas causas per  
ætatem perspicere ipsi nondum pos-  
sunt. Spectant autem præcipue hoc  
præceptores nostri, ut iuuentus certo  
ordine, & quasi per gradus ab inferio-  
ribus artibus ad cognatas & superiores  
traducatur, & eos præcipue libellos, qui  
artium breves quasdam & eruditas sum-  
mas continent, euoluat. Vident enim  
eam ætatis iuuenilis imbecillitatem &  
inconstantiam esse, ut etiam si admonis-  
ta de ordine, utiles libros legere inci-  
piat, tamen mox oborto tædio, aut ob-  
lato alio scripto, quod magis allicit,  
nondum perfectos illos libellos, q[ui] ar-  
tium summas & methodos tradunt,

A iij abiūciat,

abijciat, atq; ita cum dispendio tempora-  
ris & exiguo fructu uagetur per uarios  
Scriptores, & nullum familiariter & in-  
tegre pernoscat, quæ discendi ratio cum  
pernicioſiſſima ſit, recte consulere nos  
bis præceptores existimandi ſunt, eum  
hac ratione diſcentes in certorum ſcri-  
ptorum lectione continere ſtudent,  
quibus nos decet reuerenter obtempes-  
rare.

Vt autem huius libelli Pliniani lec-  
tio uobis gratior fiat, pauciflma de  
totius operis & huius ſecundi libri ſum-  
ma dicam: Postea quædam de authore  
ipſo afferam, ut ſolet in inchoatione no-  
uorum librorum fieri. Postremo, ſi  
tempus feret, addam quædam ad com-  
moneſaciendos auditores, exemplo au-  
thoris huius, ut eam prætent ſedulitas  
tem in ſtudij ſuis, quam & alios audi-  
ent adhibuiſſe, & horum temporum  
ratio flagitat.

Totum opus Pliniū, quod continent  
libros XXXVII, titulum habet: His-  
toria

storia mundi , sive Historia naturalis.  
Quia uoluit Plinius Romanis suis in  
hoc opere exponere uniuersa illa, quæ  
Græci scriptores ingentibus & penè in-  
finitis libris de mundo ipso , & partibus  
eius præcipuis, imò minutissimis quoq;  
scitu & obseruatione digna tradide-  
runt, sicut gloriatur ipse, se ex centum  
scriptoribus, perlectis eorum bīs mille  
uoluminibus, hæc in unum hoc opus  
comportasse. Vsus est autem in tanta  
uarietate & propemodum infinitate re-  
rum annotandarum , ordine optimo,  
ex quo ipso hominis excellens ingenio  
um & diligentia æstimari potest. Est  
enim ordinis obseruatio in omni actio-  
ne præcipuus ingenij ac iudicij index.

Scitis mundum diuidi, ut non à  
summo exordiar , in corpora simplicia,  
& ea ; quæ ex mixtura simplicium , hoc  
est, Elementorum, conflata sunt.

Simplicissima corpora mundi sunt,  
& nulli mutationi obnoxia , Cœlum &  
partes cœli, stellæ uidelicet partim in-

A iiiij errantes,

errantes, quæ omnes in una quasi machina simul circumrotantur, partim suis quibusdam liberis gressibus, certissimis tamen, uagantes, quæ planetæ dicuntur.

Alia sunt corpora mundi minus simplicia, minusq; durabilia, sed in perpetua transmutatione constituta, quæ solitaria elementa dicuntur, ex quibus inter se certa ratione iunctis, alia existunt corpora, quæ ideo mixta vocantur.

Mixtorum autem varij sunt gradus. Alia enim leui & imperfecta elementorum transmutatione ita fiunt, ut facili momento rursus dissiliant, & ad suam originem redeant. Ea quia ferè in sublimi, hoc est, in hoc ingenti aëris tractu existunt, μετέωρα, Græcis, vulgo impressiones nuncupantur.

Alia mixta eiusmodi sunt firma elementorum iunctura coagmentata, ut diutius consistant, quæ propterea perfecte mixta appellantur, quorum alia prorsus

prorsus sunt omnis uitæ expertia , quæ  
ἄνυχα, inanima dicuntur, ut sunt lapi-  
des, metalla, gemmæ.

Alia uitalem quidem uim quan-  
dam intra se habent, qua nutrimentum  
conueniens attrahunt, & sese in omnes  
partes crescendo extendunt ac dilatant,  
ac semen aliquod producunt, ex quo  
eiusdem speciei alia enasci possint: sed  
motu & sensu carent, ideoqε οὐχα,  
quidem & φυτά, hoc est , animata &  
plantæ, sed nondum γῶς uocantur.

Perfectius uiuunt ea , quæ præter  
nutriendi uim etiam sensum & motum  
habent, quæ iam γῶς animalia dicun-  
tur, quorum una species ratione est præ-  
dita, quam facultas sermonis & alia  
quædam excellentia dona comitantur.  
Cætera animalia, quæ ratione, ideoqε  
etiam sermone destituuntur, ἀλογα, bru-  
ta uocantur. Atqε ita fiunt quinqε mix-  
torum gradus, quorum alius alio per-  
fectiores res continet. Primus habet  
μετέωρα, Secundus ἄνυχα, Tertius φυτά

A v plantas,

plantas. Quartus ἡώα, ἀλογα, bruta.  
Quintus λογικόν animal, hominem.

Hanc distributionem rerum in natura, quæ sunt corpora & mundi partes sensibiles, intuens Plinius, omnium eorum naturas & vires explicare hoc opere instituit, & in hoc secundo libro, qui uerè totius operis primus est: (Nam quem ipse primum vocauit, tantum est index & Catalogus, recensens singulorum librorum & capitum summas & argumenta) In hoc secundo libro inquam, mundi totius molem, corpora simplicia, cœlum & elementa describit, & qua sit figura mundus, depingit, & docet, quos & quam uarios incessus stellæ errantes habeant, indicatis singularum proprietatibus.

Deinde Elementorum seriem recenset, & primum, quæ in aëre gignantur Meteora additis historiolis, ubi & quando non sine significatione futurorum eventuum sint inusitatæ species in aëre uisæ.

Postea

Postea terræ, aquarum, & ignis proprietates, miracula & uarias mutationes exponit, & in fine libri, totius terreni globi mensuram indicat. Hæc est summa & argumentum huius secundi libri, ut breuissimis comprehendendam & repeatam, descriptio earum partium mundi, quæ simplices uocantur, hoc est, cœli & elementorum, quibus adiungit prium mixtorum corporum gradum, quæ cæteris imperfectiora, à loco, in quo fiunt, Meteora diximus uocari.

Absoluta iam maxima & præcipua parte Mundi, cœlo & elementis, & imperfecte mixtis, hoc est, Meteoris, restabat, ut de cæteris mixtorum corporum gradibus diceret Plinius, quæ in Elementis ac præcipue terra & aqua degunt. Sed quia semel est terreni globi instituta descriptio & mensura in hoc secundo libro, erat hoc Plinio etiam addendum, ut superficiem terræ, & amplitudinem maris explicaret, quæ Elementa duo unum globum constituunt,  
  & se

& sedem omnibus cæteris mixtorum generibus præbent, Ideo distribuenda fuit terra summa, quæ ab animalibus incolitur, & omnis generis plantas profert, in certas regiones, & singularum situs & amplitudo indicanda. Hanc orbis habitati descriptionem Geographicam absolvit Plinius quatuor libris sequentibus hunc secundum, & in duobus primis, hoc est, tertio & quarto, Europam: in quinto Africam: in sexto Asiam pingit.

Ita iam extucto quasi domicilio uniuerso, hoc est, cœlo & elementis, quæ hospitium præbent rebus cæteris, incipit Plinius explicare reliquorum mixtorum naturas, quorum diximus adhuc restare quatuor genera, uidelicet ἄνθες, φυτα, ζῶα, ἔλογα, & hominem. Sed mutato ordine, instiuit primum explicationem nobilissimæ & perfectissimæ naturæ, Hominis uidelicet, in cuius descriptione consummit totum septimum librum, lectione dignissimum.

Deinde

Deinde explicat naturas animalium  
brutorum quatuor libris sequentibus  
septimum; hoc uidelicet seruato ordine,  
ut in octavo libro commemoret ani-  
malia terrestria, in nono aquatilia, in  
decimo uolatilia, in undecimo ea, quæ  
~~τηντομα~~, latine insecta nominantur.

Restant Plantæ, quarum cum ma-  
gna sit uarietas, consumit in earum enu-  
meratione octo libros, à duodecimo  
usq; ad uicesimum. Deinde ut diligens-  
tius monstret etiam occultas uires, quas  
Plantæ habent, à uigesimo libro usq;  
ad XXVIII, octo uoluminibus quærit  
medicamenta, quæ ex plantis confici  
possunt, ad depellendos certos morbos  
& uicia corporis.

Adiungit deinde alios V. libros, in  
quibus remedia indicat, quæ ex anima-  
lium partibus sumi possunt, idq; agit  
usq; ad librum tricesimum tertium, ubi  
tam explicatis omnibus mixtorum gra-  
dibus, uno excepto, reliquos V. libros  
usq; ad finem operis, consumit in descri-  
ptione

ptione earum rerum mixtarum , quæ omni quidem uita , sed non suis pecus illaribus viribus carent , ut sunt Metalia , Lapi des & Gemmæ , & earum quoq; rerum multiplicem usum ac ἐργασίας ; quas in medicatione morborum habent , simul indicat .

Hæc est summa & hic ordo librorum in hoc Pliniano opere , quo totius mundi domicilium , & postea res in illo contentæ , artificiose & luculenter descriptæ sunt , quod opus profecto & propter rerum ac historiarum , quas continet , uarietatem , & propter uocabulorum immensam copiam , magnificiendum , & singulari cura ac diligentia cognoscendum est ei , qui non prorsus omnium rerum ignarus & infans esse uoleat . Ac uerè potest hoc uolumen appellari Thesaurus , non rerum solum longa experientia obseruatarum , & cognitione dignarum , uerum etiam linguae Latinæ . Nisi enim Plinius nobis rerum tot appellationes reliquisset , de

de multis necessarijs partibus uitæ com-  
muniſ loqui latine non possemus.

Sed non est huius loci aut instituti,  
commendationem totius operis hic  
proponere. Sufficiat seriem librorum  
& singulorum argumentum paucis in-  
dicasse, ut ad quam partem Philosophie  
referri debeat hoc scriptum, intelligi fa-  
cilius possit.

Nunc pauca de ipso authore adi-  
am, ut quo tempore uixerit, & quis fue-  
rit cognoscatis, quæ narratio cum sit  
nobis occasionem præbitura cuiusdam  
necessariæ hoc tempore admonitionis,  
æquum est, patienter uos eam audire,  
Idq; ut faciatis, etiam oro.

Plinius secundus Nouocomensis  
fuit. Comum autem Italæ Transpadas-  
næ oppidum est, non procul à Medio-  
lano ad Larium lacum, qui nunc ab hoc  
ipso oppido der Chumer sech appellatur.  
Alij Veronensem eum faciunt, moti hoc  
argumento, quod Catullum, quem  
constat Veronensem fuisse, suum con-  
terraneum uocat. Natus est autem, ut  
colligitur

colligitur anno decimo Imperatoris  
Tiberij , seu , post mortem Augusti,  
quo tempore Dominus noster I E S V S  
C H R I S T V S iam natus, et agens annum  
ætatis uiceſimum ſextum, adhuc ſub cuſ-  
ra & diſciplina parentum erat, nec dum  
miſiſterium ſuum publice inchoauera-  
rat. Fuit autem iſ annus natalis Pliniij,  
ſexagesimus quīntus poſt interfectum  
M. Ciceronem , quīntus annus poſt  
mortem Germanici Cæſaris , Titi Liuij  
Historici, & P. Ouidij Poetæ , qui tres  
præſtantes ingenio, & multis alijs donis  
uiri, eodem anno obierunt. Eo tem-  
pore illa orationis Latine puritas & elea-  
gantia, & compositionis ratio, quæ fue-  
rat Ciceronis ætate, iam nonnihil erat  
ſtudio nouitatis , ut ſolet, immutata in  
horridius quoddam & conciſius dicen-  
di genus, quale in huius authoris ſcri-  
ptis cernere licet, qui tamen ubi adoleſ-  
uit, etiam cauſas in foro egit, & libros  
de Grammatica conſcripsit. Vixit aut  
ſeculo omnium quæ fuerunt , credo,  
corruptis

corruptissimo, ubi non modo legibus  
scelera, ac præsertim libidines, non co-  
hercebantur, sed ab ipsis Imperatoribus  
in uulgo pessimis exemplis propaga-  
bantur. Natus enim tempore Tiberij,  
sub inquinatissimi & crudelissimi prin-  
cipis imperio tredecim annos uixit.  
Vidit postea immania scelera Caïj Cali-  
gulae, Claudijs, Neronis. Postea fuit  
spectator tristissimæ lanienæ, ubi tres  
Imperatores deinceps se se mutuo con-  
fecerunt, Galba, Otho & Vitellius, &  
secum penè Imperij uires euerterunt,  
quas postea tamen rursus conatus est  
excitare Vespasianus pater, qui etiam  
disciplinam morum seueroribus legis  
bus cohercuit. Sed Imperium eius non  
multum ultra nouem annos durauit.  
In tali morum corruptione, & bellos  
rum intestinorum rabie qui uiuunt,  
agre effugiunt, quin aliquid commu-  
nium uiciorum ipsi quoq; imbabant, ut  
non facile contagium & infectionem  
effugitis, qui in pestilente aëre diutius

B uersari

uersari cogitur. Ex huius seculi prauis-  
tate hic noster Author illas impias &  
Epicureas opiniones hausit, quod ne-  
gat Deum esse alium quam mundum,  
tollit prouidentiam, & irridet eos, qui  
credant inferos esse, aut animas separa-  
tas à corporibus superesse ac uiuere.

Cæterum mores eius non perinde  
inquinatos fuisse, temperantia ipsius &  
indefessa assiduitas arguit, quæ uirtutes  
præcipua sunt ceu ἀλεξανδρία, contra  
plurimos uiciorum morbos. Idem pro-  
bat etiam amicitia Vespasiani Impera-  
toris, cuius integritas & seueritas in  
morum disciplina laudata admodum  
est in Historijs, quemadmodum filij  
quoq; Titi, quibus ambobus cum Plis-  
nius carus & familiarissimus fuerit, non  
est uerisimile, eum sui seculi licentiam in  
moribus usurpare.

Eruditio eius autem cum excellens  
effet, illo, de quo postea dicetur, ar-  
denti studio comparata, latere non pos-  
tuit. Itaq; etiam à prioribus Imperato-  
ribus,

ribus, præcipue uero postremis duobus, quos dixi, ad dignitates militares electus est. Ordines autem & turmas duxit in Hispanijs & Africa, præcipue uero in Germania nostra, in qua ita diuersatus est, ut conquisitis & perlustratis diligenter annalibus, omnia bella, quæ cum Germanis ad sua usq[ue] tempora à Romanis gesta fuerant, descripscerit, uiginti ea uoluminibus complexus, qui libri si extarent, haberemus haud dubie & regionum & populorum Germaniarum certissimam descriptionem, quam nunc saepe cum dolore desideramus.

Commendatae etiam ei fuerunt ab aliquot Imperatoribus rerum Imperatoriarum procurationes, in quibus cum fidem & diligentiam suam Principibus probasset, peruenit ad magnas opes.

Præcipuum autem, cur de hoc auctore mihi hic dicendum putarem, est illius incredibile studium legendi & annotandi ea, quæ inter legendum observatione digna occurserunt, quam assiduitatem

B ij

duitatem ipsius luculenter descripsit so-  
roris filius Plinius Iunior in Epistola  
quadam ad Cœciliū, in qua dicit, auun-  
culum suum ne quidem curæ corporis  
operam dedisse, aut coenasse sine lectio-  
ne librorū aut auscultatione. Surrexis-  
se plerūq; secunda hora noctis, ut nos  
numeramus, interdū prima, s̄aepē etiam  
media nocte, sicut ipse testatur Plinius,  
se cum somno ualentudinem computaſa-  
ſe, hoc est, somno non plus temporis  
impendisse, quam ualentudini tuenda  
necessarium effet. Et ait idem, se dies to-  
tos imperatorijs negocij & officio com-  
misso tribuisse, nocturnas uero horas  
plerasq; scribendo consumpsisse. Iter-  
faciens ideo lectionica usus est, ut totum id  
tempus tribuere lectioni & annotatio-  
ni posset.

Déniq; ita librī affixus fuit, quo-  
ties ab officij publicis & aulicis occu-  
pationibus uacuus fuit, ut eos ex manu  
bus non deponeret, & omne tempus  
perijſſe existimaret, quod studij non  
impertitus

impertitus fuisset. Hac ille vir diligētia, hac assiduitate, hoc ardenti studio  
descendi, consecutus est eam, quam in  
eius scriptis nemo non miratur rerum  
abstrusarum & diuersissimarum copi-  
am. In his ipsis etiam occupationibus,  
scripsit etiam alios multos libros. Nam  
& suorum temporum historiam com-  
plexus est uno & triginta uoluminibus,  
& alia scripta edidit, cum tamē non  
ultra annum sextum & quinquagesi-  
num ætatis uixerit.

Ac ut de morte quoq; ipsius ea, quæ  
certo tradita sunt ab eodem Plinio iu-  
niore in alia epistola, breuiter cōmemor-  
rem hæc ipsa semper descendit, plura &  
explorandi et annotandi insatiabilis cu-  
piditas ei causa exitiū fuit. Nam cum se-  
cundo anno Imperatoris Titi, qui ante  
decennium Ierosolymorum Templum  
& urbem incendio uastauerat, Mons  
Campaniæ Vesuuius in summo vertice  
ruptus, ingentem nubem cineris & ua-  
poris sulphurei, mixti excelsis pumicis  
B. iij. lapidibus,

lapidibus, una cum flammis ejacularez-  
tur, Plinius, qui præfectus tunc clasi  
Romanæ, Misenum portum tenebat,  
vnde assurgentem illum fumum cernes-  
re procul potuit, ut causam huius mi-  
randi incendiū propius cognosceret, na-  
ui Liburnica secundo uento aduectus  
est. Sed cum ingruente iam propius  
incendio, & omnibus circa locis alto  
cinere & congerie pumicum eiectorum  
oppletis, ipse regredi aduersus uentum  
non posset, quo secundo accesserat, al-  
tero die, quam eo uenerat, Stabijs inter-  
manus suorum collapsus moritur, præ-  
focatus, ut existimant, sulphurei uaporis.  
& cinerum ac fuliginis attractæ per res-  
pirationem copia. Accidit autem hoc  
Vesuviī horrendum incendium anno,  
dixi, altero & ultimo imperij Titi  
Vespasiani, qui post paucos menses ipse  
quocq; pestili febre extinctus est, qui fuit  
annus post Christi natalem octuagesi-  
mæ secundus, ætatis autem Pliniij, ut di-  
ctum est, sextus & quinquagesimus, &  
Climactericus octauus.

Hac

Hec de autore nostro breuiter conti-  
memorare uolui, maxime eam ob caus-  
am, ut cum auditores in hoc authore  
innumerabilium & arcanarum rerum  
scientiam ex plurimorum scriptis excer-  
ptam, & optimo ordine distributam in-  
uenient, cogitent, quomodo illam tam  
multiplicem eruditionem vir adeo cap-  
aciter negotijs, militaribus, urbanis, au-  
xiliis, domesticis occupatus, consequi  
potuerit, Nimirum non somno, con-  
uiujs, lusu, obambulationibus & simi-  
libus friuolis occupationibus: sed cum  
asset acri ingenio praeditus, & flagranti  
cupiditate teneretur plurima cognos-  
cendi, adhibuit eam legendi & scribendi  
assiduitatem, & temporis parsimoni-  
am, ut nullam sibi horam effluere pa-  
rederet, quietus saltam ab alijs necessari-  
bus occupationibus, cuius sibi recte col-  
locata in studijs ratio non constaret.

Ad hanc igitur tam indefessam &  
nobis uix credibilem diligentiam hos  
ministram potenter, tam locupletis, tam

B iiiij deniqz

deniq; occupati, quæso mihi parumper  
saltem conferre nostro hoc seculo di-  
scentium operas & studium, ut uidea-  
tis, quām nihil simile apud multos, qui  
etiam non prorsus ignauī haberī uo-  
lunt, inueniatur. Multi sunt in ea op-  
nione, ut se munere scholastici egregie  
functos arbitrentur, si interdiu unam  
atq; alteram lectionem publicam au-  
dierint, & reliquam partem diei, quasi  
ualde defatigati, illa auscultatione, ad  
refectionem uirilim absumptarum scis-  
suet, instrumentis Musicis, deambula-  
tionibus, aut etiam compotationibus  
consumant. Non adhibent eorum, quæ  
publicè audita sunt, domesticam reper-  
tionem, non lectionis, scriptionis, pro-  
nunciationis, memoriae ullum uelatis-  
simum exercitium. Non conantur ser-  
monem suum ad eorum imitationem  
formare, qui purissime & propriissime  
locuti sunt, contenti hoc uulgari & im-  
proprio, & saepe etiam mendozo oratio-  
nis genere, quod usu tantam; sine iudic-  
cio,

cio, sine cura mundicie & proprietas  
tis, audientes alios simili negligentia  
loquentes, sibi obiter compararunt. Et  
quod perniciosissimum est, omnes iam  
ferme sibi ipsi præceptores esse uolunt,  
paucissimi sunt, qui existimant sibi gu-  
bernatore studiorum & manuductore  
opus esse. Itaq; cū diligentess esse uolunt,  
sumunt suo arbitrio authorem aliquem  
priuatim legendum, non quem ratio  
& ordo studiorum postulabat, sed qui  
in præsentia iucunditatis aliquid affer-  
re existimatur. Eius uix dum bene in-  
specti obrepit fastidium, queritur ex  
theca libraria aliis codex, iam Poetæ  
lectio placet, iam historiæ cognitio du-  
citur utilior, iam præfertur oratorium  
aliquid scriptum, breuiter multi libri  
inchoantur, nullus perlegitur, & lectio  
ipsa comparata est ad uoluptatem tan-  
tum, non ad obseruationis & imitatio-  
nis studium. Eodem fastidio etiam le-  
ctiones audiuntur, iam hæc eligitur,  
inox, quia aut immoratur diutius Les-

B v. cto,

Etor, aut festinat nimium, aut alioqui  
res, que ibi proponuntur minus habent  
suavitatis, omissa priore lectione, addi-  
tur alia, & nullius scripti explicatio in-  
tegra exspectatur. Hac obsecro ratione  
discendi, tam delicata, tam fastidiosa,  
tam instabili, sperare quisquam fructum  
dignum tantis sumptibus, tanto impen-  
dio temporis audet? At non fuit tanta  
segnities superioris aetatis, ubi tamen  
multo maiores ex alijs etiam causis diffi-  
cultates discentibus obiiciebantur. Non  
habebant istam, quam nunc uos uilis-  
simo parabilem, omnium Scriptorum  
in Graeca & Latina lingua, copiam. Si  
quis Graecum scriptorem aut Latinum  
paulo remotoirent ab usu communia  
cognoscere uolebat, aut magno sum-  
ptu ex Italia usq[ue] illum petere, aut plu-  
rimo labore & uigilij, cum ualentudine  
nis etiam periculo, describere cogeba-  
tur. Nondum erant ita illustratae artes,  
sed obrutae ineptissimorum: commen-  
tariorum prolixis & insulsis nugis, quas  
ubi

ubi magno labore evolueras, minus alia  
quanto authoris sententiam assequebas-  
ris, quam antea, & discedebas cum Des-  
miphone Terentiano tremens: Fecisti  
probè, incertior sum multo, quam du-  
dum.

Nihilo minus tamen in illa ipsa &  
codicum penuria, & artium obscuritas  
te, & recte docentium paucitate, & in  
illis initij repurgatæ linguae Latinæ &  
Græcæ, multi excellenter docti euales-  
runt, quorum adhuc hodie partim uos-  
ce, partim lucubrationibus, cum summa  
studiorum nostrorum utilitate frui-  
mur, qui certe uiri in illis discendi diffi-  
cultatibus, nunquam ad id fastigium  
eruditionis peruenissent, si molliter ac  
delicatè labores discendi capessere uos-  
luisserent, si per interualla & fastidiose li-  
bros situ & puluere obductos, leuiter  
aspexissent, ac mox denuo abiecissent,  
si maiorem partem diei ignauo ocio  
aut friuolis occupatiunculis consumps-  
sissent, ut nunc pleriq; faciunt: Sed  
quia

quia in iuuenili aetate serio amore di-  
scendi flagrabant, & adhibebant inde-  
fessum studium, ac constantiam uincen-  
tem aliquas molestias, & certo ordine,  
quem priuati aut publici studiorum re-  
ctores monstrauerant, per artium cir-  
culum incedebant, & semel inchoatum  
librum non nisi diligenter perfectum  
ex manibus deponebant, & publicis lec-  
tionibus priuata exercitia tum linguae,  
tum styli adiungebant, & saepe cum æ-  
qualibus de locis obscurioribus confe-  
reabant, & in vita ac moribus sobrieta-  
tem, modestiam, ac erga præceptores  
suos obseruantiam colebant: peruenie-  
runt ad hanc eruditionis laudem, qua  
nunc fulgent, ac nobis totiq; posteritati  
utiliter seruiunt. Horum nos exempla  
imitari decebat, quoties eos intuemur,  
quoties eorum uoces auribus hauria-  
mus, aut scripta aspicimus, præsertim  
cum nobis multò ad discendum plus  
res occasiones diuina clementia hoc  
tempore tribuerit, quas præceptores  
nostrorum

nostros se non habere potuisse tunc in  
adolescentia sua, sape deplorare audi-  
mus.

Pudeat igitur nos ignauiae nostrae,  
quod tantis cumulati commoditatibus  
& occasionibus, ita segniter in studijs  
uersamur, & non aliter libros attinga-  
mus, quam delicatuli cum rosas decer-  
punt, spinarum aculeos formidantes,  
manum subinde retrahunt. Doleat  
nobis dispendium, non pecuniae modo,  
sed præcipue temporis sine fructu con-  
sumpti, rei omniū preciosissimæ, & ubi  
semel perijt, damni irrecuperabilis. Su-  
beat nobis cura de reddendis rationis  
bus, quas à nobis exigent aliquando  
præceptores nostri, iuste exprobrantes  
nobis, quod lucem doctrinarum, quam  
ipsi summis cum difficultatibus, maxi-  
mis laboribus, & non sine periculis  
denuo accensam apud nos deposues-  
runt, nostra inertia & socordia passi sis-  
mus intercidere & extingui.

Præcipue autem nos moueat manu-  
datum

datum Dei, ut maiorem in discendo assiduitatem praestemus, qui nobis in hanc scholasticam stationem uocatis, suae doctrinæ possessionem & propagacionem serio commendauit, & eo grauiores de nobis poenas sumet, quo pluribus nos discendi occasionibus quasi obruit, si eas flagitiose neglexisse videbimur.

Certissimum est autem doctrinam Ecclesiæ incorruptam, & synceram sine multiplici eruditione & linguarū cognitione retineri & propagari non posse. Quare si uerbum diuinitus traditum magnificimus, si Ecclesiæ nos ciues ac membra agnoscimus, eis nos totos debere fatemur, ut æquissimum est, summa cura in id incumbamus, ut literis prioritibus & artibus necessarijs ita nos instruamus, ut possessionem cœlestis doctrinæ retinere ipsi, & tradere liberas ac posteris nostris possimus.

Acuat discendi curam & assiduitatem etiam horū temporum incertus status, & impendentium mutationum & uastationum non falso conceptus meatus,

tus, ut dum tranquillitas conceditur, instruamus nos rerum necessiarum cognitione, ut possimus esse fideles custodes tantorum honorum, quibus Deus Ecclesiam huius postremi temporis mundi ornauit.

Licuit superiore etate dissentibus alio quanto lentius in studijs uersari, & non tam utilitatem, quam etiam iucunditatē aliquam ex ihs uenari, cum tempora letissima fuerunt, & tranquillitas in re publica tanta, ut collatum illud seculum ad hanc tumultum, certaminū ac conā fusionum foecundissimam etatem nostram, aureum seculū uideri potuerit. Ac tunç etiam multò ardentius fuit studiū plerorumq; cū nullus calamitatum metus urgeret, quam nunc est, ubi ferē singuli dies aliquos nouos terrores adferrunt, qui dissipationem Scholis minitantur. Cur non igitur imitamur cautos & diligentes agricolas, qui maturis iam frugibus, cum tempestatis aut imbrium signa aliqua ingruunt, omnes occupationes alias, uoluptates, curas postponentes,

nentes, nec iumentis, nec familiæ, nec corporibus suis parcunt, aut quietem ullam concedunt, donec raptim des messis, congestis & importatis frugibus, tempestatum iniurias & uolentiam anteuertant: Cur nos stertimus, & tam segniter studia tractamus, quasi polliceri nobis uitam Mathusalæ ætati æqualem possimus, ut quod hoc anno non dñdicerimus, sequentibus annis nos speremus satis tempestiuè consecuturos: Conqueritur de unica arte Medica, Medicus eruditissimus Hippocrates, ampliorem eam esse, quam quæ in

*Hippocratis.*  
,, queat, cum inquit: ὁ ΒιΘυνός οὐκ εἶδε τέχνην μακρήν, οὐδὲ καιρὸς ὀξὺν. Quid nos faciemus, quibus plures artes aut cognoscendæ aut certe degustandæ, & propemodum quatuor linguae discentiæ sunt: & ad hæc ipsa tam uaria & difficulta studia temporum horum infoelicitas, parum tranquillitatis concessura uiderur. Turcica rabies graffatur in dies

dies & longius & sequius, et nō modo in-  
testinis nostris dissidijs inuitatur, sed at-  
trahitur etiā foedissimis foederibus et pa-  
ctationibus. In Germania tanta est Princis  
pum dissensio, & inter ipsos diffidentia,  
ut homines intelligentes nihil magis  
metuantur, quam nouorum bellorum in-  
cendia, uel priorum ægræ sopitorum  
flammis denuò erumpentibus, maiors  
uaustationes. Hæc pericula cum nos circ-  
cumstent, non iam est integrum nobis  
ociosis circumspectare & cessare, aut  
alias res agere, sed quemadmodum nau-  
ta faciunt, qui, dum secundis uentis usi-  
aliquandiu remigandi labore remise-  
runt, & corpus ac animum quiete &  
lūsibus recrearunt, ubi uel uentis desti-  
tuuntur, uel contrarijs repelluntur, uel  
tempestatū signa animaduertunt, mox  
ad remos & rudentes accurvunt, & com-  
missum quisq; munus strenue & cū ina-  
ximo corporis & animi conatu cape-  
sunt & exequuntur: ita nos decet impa-  
pendentibus tot periculis, que nobis

C scholarum

seculorum dissipationem & doctrinam  
obscurationem minantur, summo stu-  
dio & contentione anniti, ut nos quan-  
tum omnino fieri potest, necessiarum  
artium doctrina instruamus, geminami  
ob causam: Primum, ut in communis  
bus calamitatibus ipsi firmam consolati-  
onem & spem habere possimus æternæ  
salutis, quicquid etiam in hac uita nobis  
accidat, & mitigationis quocq; poena-  
rum, quam Deus poenitentibus & suū  
officium sedulò facientibus, sape pro-  
mittit. Deinde, ut si, quos in commu-  
ni naufragio Deus emergere & super-  
esse voluerit, sedata nonnihil tempesta-  
te, fractæ nauis tabulas quasi colligere,  
& ruinas sùd quisq; loco & ordine pro-  
curili facire queant, efficereq; ut lumen  
ecclæstis doctrinæ & utilium artium  
sursum exciterit & conseruetur.

Hanc commonefactionem de sedu-  
litate in literarum studio, fortassis al-  
quibus inserviem, sed omnino hoc ni-  
mis delicato & molli & voluptario fa-  
cule

cuto nostro necessarium, ideo instituen-  
dam duxi, quia cum de Plinio aliquid  
dicendum hic esset, eius incredibile stu-  
diu[m] & temp[or]is parsimonia mihi cau-  
sus p[re]ebuit, ut hanc nostram soeordi-  
am deploram, & cum huius authoris,  
tum superioris aetatis exemplo me &  
alios ad diligentiam exuscitarem, sine  
qua uirtute nihil in ullo genero uitae exi-  
ficium aut comparitate dignum potest,  
ad verissime dixit Elesiodorus: *qui d[icit]*  
*ut uox d[omi]ni atra sit uocatio*.  
In Opo autem Deum aeternum pa-  
stem Domini nostri IESU CHRISTI  
ut ipse in nobis excitet amorem & stu-  
dium cognoscendi & propaganda  
veritatis, & discentium coetus & haro  
scholarum hospitia protegat, & praeces-  
ptores, quos singulari benitate nobis  
fideles p[re]ebuit, diu incolumes conser-  
uer, i[n] sicut in Cypri, polylepis aconitum ille  
zedsbaronius. *Quod id est?* *Si* *beni-*  
*cius* *de* *sciu*, *et* **Dicit** **LXXXI**, *cu[m] est hoc gen-*  
*eris* *eu[m] nolite* *uicinas* *sicut* *eu[m] s* *et* *ca-*  
*xi* C. ii C. Plinius

# C. PLINIUS CÆSARIVS

Marcus suo S.

**P**Ergratum est mihi, quod tam diligenter libros auunculi mei lectatas, ut habere omnes uelis, quæ rasq; qui sint. Fungar indicis partibus, atq; etiam quo sint ordine scriptis, notum tibi faciam. Est enim hæc quoq; studiosis non iniucunda cognitio. De iaculatione equestri unus. Hunc cum prefectus alæ militaret, pari ingenio cum rati composuit. De vita Q. Pomponij Secundi duo, à quo singulariter amatis, hoc memoriae amici quasi debitum annus exoluimus. Bellorum Germaniæ, usq; inquit, quibus omnia, quæ cum Germanis gesimus bella collegit. Inchoat id cum in Germania militaret, solemnis adstitit enim ei quiescenti Dru si Neronis effigies, qui Germaniae latissime uictor ibi periret. Commendabat memoriam suam, orabatq; ut se ab iniuria obliuionis assereret. Studiosi tres in sex

sex volumina propter amplitudinem  
diuisi, quibus oratorem ab incunabulis  
its instituit & perficit. Dubij sermonis  
octo scripsit sub Nerone nouissimis an-  
nis, cum omne studiorum genus paulò  
tiberius & erectius periculose seru-  
tus fecisset. A fine Aufidij Bassi XXXI.  
Naturae historiarum XXXVII. opus  
diffusum, eruditum, nec minus varium,  
quam ipsa natura. Miratis, quod tot  
volumina, multaque in iusta scrupulosa  
homo occupatus absoluerit. Magis m-  
raberis, si scieris illum aliquandiu catu-  
sas accepisse, decessisse anno VI. & L.  
medium tempus distentum impedi-  
cione, qua officijs maximis, qua am-  
icitia Principum egisse, sed erat acte his  
genium, incredibile studium, summa  
sigillantia. Lucubrare à Vulcanalibus  
incipiebat, non auspiciandi causa, sed  
studendi statim à nocte multa hyeme  
uerò ab hora septima, usel cum tardissi-  
me, octaua, sape sexta. Erat sane somni  
parcissimi, nonnunquam etiam sotter

Cuius ipsa

ipſa ſtudia iſtantis & deſerentis. Ante  
lucem ibat ad Vefpafianum Imperato-  
rem: nam illa quoq; noctibus uteba-  
tur: Inde ad delegatum ſibi officium.  
Reuersus domum, quod reliquum tem-  
poris, ſtudijs reddebat. Post cibum ſa-  
pē, quem interdiu leuem & facilem uer-  
terū more ſumebat, aestate, ſi quid ocijs  
iacebat in Sole, liber legebatur, adno-  
tabat, excephebatq;. Nihil enim un-  
quam legit, quod non exceperebat. Di-  
cere etiam solebat, nullum eſſe librum  
tam malum, ut non alſqua ex parte pro-  
dederet. Post Solem plerunq; frigida la-  
vabatur. Deinde gustabat, dormiebatq;  
minimū. Mox quāli alio die ſtude-  
bat in coenæ tempore. Super hanc liber  
legebatur, annotabatur, & quidem  
curſim. Meminai quendam ex amicis  
cum Lector quādam pronunciasset  
perperam, reuocalle & repeti coegiſſe.  
Huic auunculum meum dixisse: intel-  
lexeras nempe cum ille annuisset, eur  
ergo reuocabas & decem amplius uerſus  
hac

hac tua interpellatione perdidimus.  
Tanta erat parsimonia temporis. Sup  
gebat æstate à coena luce , hyeme intra  
primam noctis, sed tanquam aliquales  
ge cogente. Hæc inter medios labores  
urbisq; fremitum. In secessu solum bas  
linei tempus studijs eximebatur. Cum  
dico Balinei , de interioribus loquor.  
Nam dum distringitur tergiturq; audis  
ebat aliquid aut dictabat. In itinere  
quasi solutus cæteris curis , huic unij uap  
cabat. Ad latujs notarius cum libro &  
pugillaribus , cuius manus hyeme mag  
nicis muniebantur , ut ne coeli quidem  
asperitas ullum tempus studijs tripereret.  
Quæ ex caula Romæ quoq; sella uehe  
batur. Repeto me corceptum ab eo , cū  
ambularem : Poteras, inquit, has horas  
nō perdere, Perire enim omne tempus  
arbitrabatur, quod studijs non impetrat  
retur. Hac intentione tot ista uolumina  
peregit , electorumq; commentarios  
CLX. mihi reliquit, Opisthographos  
quidem & minutissime scriptos : qua

C. iiiij ratione

ratione multiplicatur hic numerus. Res  
ferebat ipse, potuisse cum procuraret in  
Hispania uendere hos cōmentarios Lar  
gio Liconio CCCC. milibus nummū, &  
tunc aliquanto pauciores erant. Nonne  
uidetur tibi recordanti, quantū legerit,  
quantum scripsit, nec in officijs ullis,  
nec in amicitia Principum fuisse. Rursus  
cum audis, quid studijs laboris impen  
derit, nec scripsisse satis nec legisse. Quid  
est enim, quod non aut illæ occupatio  
nes impedire, aut haec instantia non pos  
sit efficere? Itaque soleo ridere, cum me  
quidam studiosum vocant, qui si com  
parer illi, sum desidiosissimus. Ego aut  
tantum, quem partim publica, partim  
amicorum officia distingunt. Quis ex  
istis, qui tota uita literis assident, collas  
tus illi, non quasi somno & inertiae des  
titus erubescat? Extendi Epistolam,  
quamvis hoc solum quod requirebas  
scribere destinasse, quos scilicet libros  
reliquisset. Confido tamen haec quoq  
tibi non minus grata, quam ipsos libros  
futura

futura, quæ te non tantum ad legendos  
eos, uerum etiam ad simile aliquid clas-  
borandum possunt æmulationis stimu-  
lis excitare. Vale.

## C. PLINIUS TACITO

suo S.

**P**Etis ut tibi auunculi mei exitum  
scribam, quo uerius tradere posse-  
ris possis; Gratias ago. Nam video  
morti eius, si celebretur à te, immorta-  
lem gloriam esse propositam. Quam-  
uis enim pulcherrimarum clade terras-  
rum, ut populi, ut urbes memorabili  
casu, quasi semper uicturus, occiderit,  
quamvis ipse plurima scripserit, plura  
tamen perpetuitati eius scriptorum tuo-  
rum æternitas addet. Evidem beatos  
puto, quibus Deorum munere datum  
est, aut facere scribenda, aut scribere les-  
genda : beatissimos uero quibus us-  
trung. Horum in numero auunculus  
meus & suis libris & tuis erit. Quo lis-  
bentius suscipio, deposito etiam quod  
C v inlungis.

iungis. Erat Miseni, classemq; imperio  
præfens regebat. Cal. Nouemb. hora se-  
rè septima, mater mea indicat ei, appa-  
rere nubem inusitatā & magnitudine  
& specie. Surgit ille ut ē Sole solebat,  
frigida gustata: iacens enim studebat.  
Poposcit soleas, ascendit locum, ex quo  
maxime miraculum illud conspici pos-  
terat. Nubes, incertum procul intue-  
tibus, ex quo monte, Vesuvium fuisse  
postea cognitum est, oriebatur: Cuius  
similitudinem & formam non alia ma-  
gis arbor, quam pinus expresserit. Nam  
longissimo uelut truncō efflata in altū  
quibusdam ramis diffundebatur. Cre-  
do quia recenti spiritu euecta, dein se-  
nescente eo destituta, aut etiam poti-  
dere suo uicta, in latitudinem uanescer-  
bat, candida interdum, interdum sordi-  
da & maculosa, prout terram cinerentis  
ue sustulerat. Magnum id propiusq;  
noscendum, ut eruditissimo viro, uisum  
est. Iubet Liburnicām aptari, mihi si ues-  
nire unā uelle, facit copiam. Respondi,  
studere

studere nesciisse; & forte ipse quod  
scriberem, dederat. Egrediebatur do-  
mo, accepit todicilos Retinæ classiarum  
fimminente periculo exterritam nauillam  
ea subiacebat, nec ulla nisi nauibus fu-  
ga, ut se rato discrimini eriperet, orabat.  
Verit ille consilium, & quod studioso  
animo inchoauerat, obiit maxime. De-  
ducit quadriremes, ascendit ipse, non Reti-  
næ modo, sed multis (erat enim frater  
quens amoenitas orare) latus auxiliis  
properat illuc: unde alij retinæ fugiunt,  
rectumq; cursum, rectaq; gubernacula  
in periculum tenet, adeo solutus metu,  
ut omnes illius malum motus, omnes fugi-  
ras, ut deprehenderat oculis, dictaret  
enotaretq;. Iam nauibus cinis priciderat  
quo propius accederet, calidior& densi-  
oriam pumices etiam nigritq; & ambu-  
sti, & fracti igne lapides: iam uadum su-  
bitum, ruinacq; montis littora obstantia.  
Cunctatus paululum, pro retro flecteret;  
mox gubernatori, ut ita faceret monen-  
ti: Fortes, inquit, fortuna iugat; Pompo-  
nianum

nianum pete. Stabījs etat, peruenēratq  
sinu medio. Nam sensim circumactis  
suruatisq; littoribus mare infunditus.  
Ibi quanquam nondum periculo ap-  
propinquante, conspicuo tamen, &cū  
cresceret proximo, sarcinas contulerat  
in naues, certus fuga, si contrarius uen-  
tus refedisset. Quo tunc aurunculus me-  
us secundissimo inuectus, complectitur  
trepidantem, consolatur, hortatur: utq;  
timorem eius sua securitate leniret, de-  
ferrit se in balneum iubet. Lotus accu-  
bat, coenat, atq; hilaris, aut (quod æque  
magnum est) similis hilari. Interim e  
Vesuvio monte pluribus locis latissime  
flammarū atq; incendia relucebant, quo-  
rum fulgor & claritas tenebras noctis  
excipiebat. Ille agrestium trepidatione  
igni relicta desertasq; villas per solitu-  
dinem ardere, in remedium formidinis  
dictitabat. Tum se quieti dedit, & quies-  
uit uerissimo equidem somno. Nam  
meatus animæ, qui illi propter ampli-  
tudinem corporis gravior & sonantior  
erat,

erat, ab ijs, quidamni obuerabantur,  
audiebatur. Sed a sociis quia diuina adi-  
batur, ita iam dicitur in ixtisq; pumicis  
bus oppleta fuit etat; ut si longior in  
cubiculo molta effluxo exstet negaretur.  
Excitatus procedit 21seq; Pomponiano  
exteriori qui perauigilat 22eddit: In  
comparatione consultant, intrat teat, ne sub-  
sistant, an in lapite suuageantur, nam cre-  
bris uastisq; stremitibus recte muta-  
bant, & quasdam ova sedibus suis, nono  
hunc nunc ad lucabire aut referrere deban-  
tur. Subidiq; cursus quinque annos restitu-  
eret, quod tam in malorum collatis elegit.  
Et apud illum quidam rationem,  
apud alios timore habet, ut op uscit. Ceteris  
calia capitulo tempore isti luctis conserua-  
gantur. Id munimenta aduersus incidentem  
tia fuit. Iam citos allig, illi pro omnibus  
modis magis, iuuenienter, quam ca-  
bricu[m] faces multas sanitatem lutrina solue-  
bant. Placuit ingressu[m] hinc & expro-  
ximis spiculis quidam mare admittere,  
quod adhuc uastu[m] & aduersum pet-  
manebat,

manebat, ibi perambicatum lenteum  
recubans sedidit accepit aquam frigidam pos-  
poscit hauritus. Deinde flamme flammæ  
rumq; præmaturius odore sulfuris alios in  
fugam uenientes excoactum illum, qui in-  
nixus sequitur duplex absurexit, & statim  
concidit huc rega cogitareq; crassiore ca-  
ligine spissu; obstructo, nictusq; sto-  
macho, quinque nocturnis in qualibus, & an-  
gustus, nonne quietiorinus gloriatus erat.  
Xvi dies reddidit, id ab eo, quiem nea-  
missimus uidebat recessus, corpus inten-  
sum integrum, nullum, operumq; no-  
suerat, in dueis. Habetus corporis quis  
escenti quam defuncto similior. Interim  
Miseni, ego & mecum Sed ut nihil ad his  
istoriam. Neq; tu aliud docquam de exitu  
eius scire aequaliter doperemus ergo faciam.  
Vixim adhuc iam remanente, quibus  
interfueram, quod registrant, cum maxia  
ene vera memetam, audieram persea-  
cutum. Tu pugissima extorpes. Aliud  
est enim Epistolam, aliud Historiam,  
aliud amicos, aliud omnibus scribere.  
Vale, filius. Et tunc vobis, beatus.









89 L 1



